



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xvi. De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De matr. cōtr. & qui filii fiēt legit.

rit, quam vt vxorem habere non potest, vt sororem habeto.

*De matrimonio contracto contra interdictum ecclesie. Tit. 16.*

*2. De muliere.* **S**I contra iudicis interdictum contraxint hi qui consanguinei dicebantur: donec de causa cognitum fiet separantor.

*1. Littera.*  
*2. Ex literis.* Alioquin matrimonium contra iudicis seu ecclesie interdictum contractum huius solius ergo ne dirimitur. pœnitentia tamen contrahentibus indicitor. Iudex, ne mandatum suum contemptibile videatur, curato.

*Qui filii sient legitimi. Tit. 17.*

*1. Cōque-  
stus.* **N**aturalis ex soluto & soluta natus per subsequens parentum matrimonium etiā quoad successionem legitimus esto.

*6. Tanta  
est.* Contracto itaque matrimonio qui ante geniti sunt naturales legitimantor. spurii tamen ne legitimantor.

*9. Quod  
nobis.* Sed & qui de clandestino matrimonio postmodum ab ecclesia comprobato nascentur legitimi & hæredes iudicantor.

*2. Cū in-  
ter.* Vice versa, separato matrimonio ab initio in conspectu ecclesie contracto, filii ante diuortii sententiam nati conceptive legitimi quoque sunt. parentibus succedunt. ex eorum facultatibus nutriuntur.

*3. Perlatiō* Quod si mulier ita iudicio ecclesie à primo